

ret; condemnatur ad interesse, procederet appellatio, referens Immolam. in d. l. creditor, §. jusus, colum. fin. ff. de appell. idem dicit Speculator in titulo de appellat. §. in quibus, versiculo sed nunquid in actione ad exhibendum, n. 12. qui omnes possunt sic intelligi, ut loquantur; quando in una, eademque sententia una qualitas conditionaliter alterius loco subrogatur, ut superius probavi.

150 Quibus quidem mirabiliter convenit, quod per Alexand. in consilio 81. in fin. 2. vol. dixit Marant. in speculo judi. 6. p. titulo de executione sententia, n. 62. ubi affirmat, quod si iudex posuit poenam, in casu, quo ejus sententia non pateretur, si non paretur, non poterit fieri executio ad talem poenam, ubi loquitur de sententia, qua executionem meretur, per totum illum discursum, qua quidem doctrina non parum hanc opinionem comprobare, & autorizare constat. Vide sursum à nu. 138. cum seqq.

151 In commutatione autem poenae impositae per unam sententiam diffinitivam, quando propter paupertatem in aliam poenam, puta, corporalem commutatur per aliam sententiam, ut nunc ista sententia secunda, & poena ejus, quoad appellationem sortiatur naturam primae dicit Bart. in consilio 101. num. 2. & bene; alia autem causa facta commutatione per duas sententias aliter disponit, quia est nova causa, & nova accusatio. Vide eundem, qui licet distincte procedat, tandem ita resolvit, quae non examino, quia nostrae quaestiones non est; & de hujusmodi commutatione condemnationis in poenam corporalem ob defectum solutionis

152 pecuniae propter paupertatem, vide latissime Prop. Farina. pract. crim. tom. 1. q. 26. d. n. 1. cum sequentibus, qui casus difficultatem non habet, cum alia sententia ferenda sit in defectum.

153 Secundò limitatur nostrae quaestiones resolutio, ut procedat; quando adhuc à sententia admittitur appellatio, devolutiva saltem; non tamen quando sumus in sententia ulterius appellationem non admittente: puta, quia vel est ultima ex tribus conformibus, vel transacta in rem judicatam: quia tunc qualitas conditionaliter apposta in eadem sententia non potest ultra naturam iudicii, & sententiae, operari, quae nullo modo appellationem admittit, ut puta; quis propter delictum con-

154 demnatur in centum, quae si non solverit intra mensem, condemnatur ad tiremes, aut exilium: nam cum exilium pariter sit poena, ac centum condemnatio, termino transacto non facta centum solutione, in poenam comminatam exilii, aut tiremis fiet executio; multa cumulatim late prosequitur Prosper. Farinae. pract. crim. tom. 1. c. 26. à n. 13. cum sequentibus, & à princ. & nos late etiam diximus infra 4. part. c. 11. à nu. 47. versiculo sed quid dicendum in sententia, qua quis est condemnatus, &c. & probant Angel. in repet. l. nemo carcerem, in 1. colum. C. de exact. tribut. lib. 10. per gloss. in l. fin. Cod. de iudiciis, Specul. in titulo de sentent. §. 1. vers. sed nunquid si iudex, n. 5. quem refert Abb. in 1. p. stat. qu. 93. quae incipit, quero an valeant condemnationes, &c. Augusti. ad Angel. de malefic. in verbo, quas si non solverit cum quanto pluri, n. 4. & post Augustin. pariter refert Clar. in practi. §. fin. quast. 93. vers. quero, nunquid valet sententia, in fine illius, vers. scilicet; Flamin. Cartar. id tractatu de execut. sentent. capto bann. c. fin. num. 288. & per Bart. in l. cum duabus, §. fin. nu. 2. ff. pro soc. & in leg. si frater, §. idem respondit, per illum text. ff. eod. Angel. in leg. si quando, §. haeres, ff. de legat. 1. & in l. si insulam, ad fin. ff. de verb. obligat. Alexand. in l. non solum, §. morte, circa finem, ff. de oper. novi nuntiatio. Roma. in l. 1. §. post operis, ff. eodem, refert, & sequitur Jas. in §. poenales, num. 47. & 48. & ibi in additio. litera P. instituit. de actio.

155 Unum tamen pro complemento, & declaratione hujus materiae non omittam necessarium, nempe,

quoad ad potentiam, vel impotentiam appellandi, non attenditur qualitarum diversitas, seu earum mixtura contenta in libello, seu articulis, & probationibus, sed tantum qualitarum diversitas & mixtura contenta in sententia; optimè Cornei consilium 10. praesupposito statuto, n. 3. versus fidem, & n. 4. l. 4. quem referunt, & sequuntur Rota decis. 34. conclusum, n. 5. & 8. & apertius n. 9. p. 2. diversorum, latius Caesar. Contard. in leg. unica, limi. 2. §. 5. sub num. 11. versiculo aliquando, & n. 12. cum sequentibus, Scac. tractatu de appellat. q. 17. lim. 6. mem. 9. n. 6. fol. 403. inferentes ex eo, quod à sententia manifestè lata in possessorio, non possit appellari; licet utrumque petitorium, scilicet, & possessorium, fuerit intentatum; in petitione, & articulis, subdens rationem Rota, quia non appellatur ab articulis, seu petitione, sed à sententia, & cum non pronuntiaverit super deductis in articulis, & petitione, debeat appellari ab omissione, ut refert Contard. ubi proxime, dicens, quod respectu concedendae, vel denegandae appellationis à sententia lata in iudicio possessorio; non considerantur libellus, aut probationes factae super dominio, quia non à libello, aut probationibus datur appellatio, sed à sententia. Unde, inquit, licet in libello, vel articulis accumulatur cum possessorio; tamen si iudex pronuntiet super possessorio duntaxat, non erit admittenda appellatio, & ipse Contard. ulterius, nu. 15. & 17. inquit, quod in casu contrario; puta, si esset intentatum solum possessorium recuperandae, & sententia per iudicem extraheretur ad dispositionem, l. si quis in tanta, possit appellari, quia sola sententia attendenda est.

Haec tamen conclusio tripliciter fallit, ut nempe, in sequentibus limitationibus magis attendenda sunt ea, quae sunt extra sententiam, quam ea, quae sunt expressa in sententia. Et prima est, quando sententia est lata simpliciter super aliquo remedio possessorio, quod habet indivisibiliter admixtam causam proprietatis, juxta ea, quae scribit Contard. in d. l. unica, limi. 2. §. 9. sub num. 2. C. si de moment. possess.

Secunda limitatio est quando sententia est generaliter lata, non se restringens ad unam qualitatem, possessorium, aut petitorium quia tunc refertur, & restringitur ad prosecuta, l. licet 2. C. de iudiciis, Philippus Franchus in c. dilecto sub nu. 107. quast. 48. de appellat. Caesar. Contard. in d. l. uni. limi. 2. n. 42. Scac. d. q. 17. limi. 6. memb. 9. sub nu. 8. & faciunt per ipsum scripta memb. 6. sub num. 59. & 60.

Tertia limitatio erit, quando sententia potest recipere divisionem juxta formam petitionis, quia tunc sententia regulatur à petitione, & idcirco quot sunt capita in petitione, tot censetur sententiae, ut per Rebuff. tractatu de sentent. executione, artic. 16. gloss. 5. n. 2. tomo 1. fol. 417. Caravi. super ritu 267. nu. 10. quast. 3. & faciunt quae Foller. tractatu de censibus, in verbo censibus, num. 115. & sequentibus, tomo 6. p. 2. fol. 416. & Virgin. Bocc. tractatu de inter. uti possid. cap. 13. n. 67. tomo 3. p. 2. fol. 321. & hunc articulum, ut attendi debet qualitas sententiae, non iudicii, late (sequitur Contard.) prosequitur Scac. quastion. 17. limi. 6. memb. 9. à num. 6. cum sequentibus, qui numero 18. bene advertit quod qualitas sententiae non attendatur, quando causa jam est semel effecta appellabilis: quia tunc non amplius consideratur qualitas sententiae, sed attenditur solum qualitas causae jam factae appellabilis; per ea, quae ipse congerit limit. 47. memb. 1. sub nu. 111. usque ad num. 116.

Et ne decipiaris, attendere debes ad ea omnia, quae in hoc capite dicta sunt, quae generaliter comprehendunt diversitatem qualitarum, repertam in sententia, cui merito regulas, & limitationes post longam disputationem adjecimus. Quam quaestione vix tangunt Doctores, cum omnes ferè loquantur in mixtura duntaxat possessionis, & proprietatis: in qua adhuc nimis

nimis variis, & confusi monstrantur, (quod nos pro uno quaestiones membro, imò limitatione resolutionis nostrae quaestiones duntaxat scripsimus supra) ut vix quid certum sit sequendum, aperiant ipsi.



CAPUT VIII.

A sententia lata in casibus, quibus à jure, vel ab homine denegatur audientia: appellationi interpositae, an iudex Ecclesiasticus, vim faciat, si non deferat: ubi de aliis dispositionis verbis, sub quorum involucro tacite appellatio sublata intelligatur.

SUMMARIUM.

- 1 Audientia cui à jure denegatur, denegari simul appellationem, qui indistincte tenent.
- 2 Et tunc causare attentata hujusmodi appellationem.
- 3 Processus in favorem ejus, cui à lege viva, vel mortua denegatur audientia, est nullus ipso jure.
- 4 Secundum magis communem opinionem.
- 5 Exceptio seu defensio an possit denegari per statutum.
- 6 Audientiam denegans statutum creditori si non agat intra tot tempus, an valeat.
- 7 Audientia denegata quoad agendum duntaxat recipit appellationem.
- 8 Audientia ubi denegatur in agendo, & excipiendo simul denegata censetur appellatio.
- 9 & 10 & 11 Fundamenta, quibus Doctores fundantur, ut denegata audientia in excipiendo, & agendo simul, sit denegata appellatio impugnantur.
- 12 Audientia denegata quoad agendum tantum, non censetur denegata appellatio juxta communem, quae defenditur.
- 13 Cap. pastoralis, §. verum, de appella. interpretatur.
- 14 Audientia denegata quoad agendum tantum, non censetur prohibita appellatio quoad alios articulos.
- 15 Agere improprie dicitur, qui exceptione utitur.
- 16 Verbum videtur, denotare improprietatem.
- 17 Audientia denegatur excommunicato, ut actori, & ut reo voluntario.
- 18 Reus voluntarius quis dicatur.
- 19 Tertius reus voluntarius excommunicatus non potest executioni sententia comparere, ibid.
- 20 Novum opus nuntians excommunicatus an in iudicio comparens audiat.
- 21 Audientia si denegatur tam in agendo, quam defendendo, & excipiendo, appellatio denegata intelligitur, secus quando in agendo tantum.
- 22 Audientia ubi universaliter denegatur, censetur etiam denegata appellatio.
- 23 Generalitas, quae propter medium habile verificatur in qualibet sua specie indistincte operatur.
- 24 Generalis lex comprehendit causas, & personas privilegatas quae specialiter in eo casu non reperiuntur habere privilegium.
- 25 Generalis dispositio includit omnes causas, licet in uno major reperiat ratio, quam in alio.
- 26 Et in poenalibus.
- 27 Interpretationem latam provenientem ex proprietate verborum non excludit materia odiosa.
- 28 A iudice denegante audientiam in agendo à jure denegatam, appellatio non admittitur.
- 29 Appellatio non verisimilis, & habens contra se jus commune, non causat attentata.
- 30 Frustra speratur id, cuius eventus nullius est effectus.

- 31 Demolitiones aedificii constructi post nuntiationem novi operis sententia an admittat appellationem.
- 32 & 33 Novi operis nuntiationis causa recipit appellationem suspensivam.
- 34 Appellatio prohibita à causa principali, censetur prohibita ab incidentibus.
- 35 Audientia ubi denegatur in agendo tantum, non censetur denegata appellatio.
- 36 Operis novi post nuntiationem gesta revocantur per viam attentati.
- 37 Attentatorum revocatoria sententia an recipiat appellationem.
- 38 A sententia demolitionis novi operis denegatur appellatio.
- 39 Opus aedificatum post nuntiationem, revocatur per viam attentati.
- 40 Attentatorum revocatio respicit abbreviationem litis.
- 41 Operis novi nuntiatio celeritatem desiderat.
- 42 Operis novi nuntiatio non recipit appellationem suspensivam.
- 43 & 44 Quam opinionem praxis diu recipit.
- 45 & 46 C. significat. de novi operis nuntiatio, interpretatur.
- 47 Nuntiatione sprete novi operis, quando quis agit patitur de jure principali omnia vita attentati, cessat attentatum, & appellationis prohibitio.
- 48 A demolitionis sententia aedificii constructi post nuntiationem appellatio est prohibita duntaxat, non tamen generaliter in omni materia nuntiationis novi operis.
- 49 Et tunc in odium ipsius, qui iudicem contempsit.
- 50 & 51 Text. in c. significanti, verus sensus restituitur, reprobo Innocentio.
- 52 L. 1. §. sed si is cui, ff. de operis novi nuntiatio, interpretatur, & seqq.
- 53 Judicium nunc constat ex duobus reis tantum sine actore.
- 54 Iudex an vim faciat cognoscens de nuntiatione novi operis, quod Clericus nuntiat.
- 55 Et quid de milite, vel alio privilegiato nuntiante.
- 56 Attentatorum à revocatoria sententia an appellatio suspensiva admittatur.
- 57 Silentium perpetuum ubi est appositum à denegante audientiam, non est licita appellatio.
- 58 Clausula perpetui silentii praestat exceptionem denegata audientia.
- 59 Agendi tempus an iudex possit limitare, & aliter ponere perpetuum silentium.
- 60 Silentium perpetuum tollit simul appellationem.
- 61 Fraudem & turpitudinem suam allegans non auditur.
- 62 A iudice repellente allegantem turpitudinem suam non admittitur appellatio.
- 63 Fraus propria in vim exceptionis bene proponitur.
- 64 A peccato desistens, an audiat suam allegans turpitudinem.
- 65 Reconventioni respondere nolenti denegatur audientia.
- 66 A poena legis appellare non licet.
- 67 Contraria allegans non admittitur appellans à reiectione.
- 68 Contraria, & diversa an actor, & an reus allegans audiat, & quid incompatibilia, & de aliis remissive.
- 69 Appellans comparens coram inferiori, si protestetur dicto, vel facto, non censetur appellationi renuntiare.
- 70 & 71 Cap. sollicitudinem de appellat. interpretatur.
- 72 Creditor non auditur volens impedire sepulturam cadaveris, donec sibi solvatur, nec auditur appellans à repulsione.
- 73 Cadaver sepulturam celeriter desiderat.
- 74 Cadaver non est sequestrandum, etiamsi bona non adsint, quibus satisfiat creditoribus.
- 75 Cadaver usurarii potest sequestrari per iudicem Ecclesiasticum, donec heres caveat de satisfaciendo.
- 76 Contumax verus non auditur appellans.

- 77 Contumax verus qui dicatur, & in quibus casibus.
- 78 Procuratore contumace, Domino non prohibetur appellare.
- 79 Contumax verus de stylo Rota, appellat intra decem dies a tempore late sententiae.
- 80 Contumax verus, vel factus non appellat a primo decreto.
- 81 A decreto primo appellatur, quando absorbet jus paritatis, nec est reparabile per diffinitivam.
- 82 A denegato primo decreto parti presentate appellare licet.
- 83 Contumax factus appellat a secundo decreto.
- 84 Decretum secundum dicitur interlocutoria, continet tamen damnum irreparabile.
- 85 Missus a secundo decreto facit fructus suos, & in eum transfertur prescribendi conditio.
- 86 Contumax verus non appellat a secundo decreto.
- 87 Latitans, aut se absentans, ne citatio ad se perveniat, dicitur verus contumax.
- 88 Contumax verus potest adire superiorem, & coram eo probare causam legitime excusationis, & tunc gesta post appellationem revocantur.
- 89 Contumax verus quando audiatur, vel non remissive, & quid de stylo Rota.
- 90 Agens sine interesse non auditur, nec a refectione appellat.
- 91 Excipienti sine interesse denegatur audientia.
- 92 Appellatio ejus, cuius non interest, non admittitur.
- 93 Ad exhibendum condemnatus precise cogitur, & non auditur appellans.
- 94 Condemnatus ad interesse ob non exhibitionem, an appellet.
- 95 A juramento de calumnia prestando non appellatur.
- 96 Juramento calumnia recusans appellat a sententia diffinitiva.
- 97 Condemnatus ad cautionem non turbandi possessionem alterius, an audiatur de novo turbans, & allegans se insistere possessioni ex nova causa.
- 98 C. Roma 5. de appell. in 6. interpretatur.
- 99 Authorem auctoritatis sui tenentem de evictione laudans in iudicio, an audiatur, & quando sibi cogitur cedere actiones.
- 100 De nullitate dicens post sexaginta dies non auditur jure regio.
- 101 Terminum sibi ad aliquid faciendum praefixum lobi permittens, censetur actum renuntiare, nec post illud auditur.
- 102 Oppositor post lapsum termini edictorum, an sit admittendus, & audiendus.
- 103 Audientia quibus a jure denegatur, quatuor casus recensentur remissive.
- 104 Clausula (sententia lata mittatur executioni) censetur sublata appellatio.
- 105 Appellatio non solum verbis expressis, sed etiam tacitis solet.
- 106 Clausula (sententia sortiatur effectum suum) tollit appellationem.
- 107 Clausula (non possit contradicere) seu (sit remota omnis contradictio) appellationem tollit.
- 108 Clausula (nulla exceptione, aut oppositione) tollit appellationem.
- 109 Clausula (remota sit omnis querela) vel (non possit querelari) remouet appellationem.
- 110 Clausula (non admittatur ejus deservio) sive (non possit se defendere) excludit appellationem.
- 111 Appellatio est species defensionis.
- 112 Defensionis genere sublato, ejus species sublata intelligitur.
- 113 Clausula (sine aliqua censura, & oppositione) excludit appellationem.
- 114 Clausula (ad satisfactionem condignam faciat observare) an tollat appellationem.

- 115 Clausula (libere procedat) vel (libere facias, &c.) tollit appellationem.
- 116 Scacia reprobatum.
- 117 Clausula (absque lite fiat restitutio) tollit appellationem.
- 118 Verba (sine lite) imponit aut ut sequuta iudicis declaratione, nulla admittatur appellatio.
- 119 Clausula (suo libero arbitrio committimus) excludit appellationem.
- 120 Clausula (procedas de facto) tribuit liberam, & absolutam potestatem.
- 121 Clausula (procedas de facto) tollit appellationem.
- 122 Clausula (super quo conscientiam tuam oneramus) tollit appellationem.
- 123 Et iudex non tenetur jurare quod ita dicitur sua conscientia, prout ipse declaravit.
- 124 Clausula (mox statim, illico, confestim incontinenti, sine mora, sine ulla procrastinatione, sine intervallo) excludunt appellationem.
- 125 Dicitio (celeriter) & alia, qua celeritatem desiderant, tollunt appellationem.
- 126 Clausula (paritatis literis, parito iudicato, aut sine praedictio legitima executionis) tollit appellationem suspensivam.
- 127 Clausula (super quo adhibeas concilium sapientis) non appellatorem.
- 128 Consilium sapientis adhiberi, ubi partes consentiunt, an liceat appellare.
- 129 Consultore de consensu partium electo, non tollitur appellatio ab ejus sententia.
- 130 Sapientis consilio sententia ferenda si partes expresse consenserint fore, non tollitur appellatio.
- 131 Sapientis consilio si partes promittant stare, qualicumque sit, non licet appellare.
- 132 Consilium ipsum si feratur per sapientem ad consensum partis non appellatur.
- 133 A pronuntiatione negativa, causam non esse committendam consilii sapientis; est licita appellatio, secus converso, quando pronuntiat, causam illi esse committendam.
- 134 Consuetudo potest operari, ut aliqua sententia mittatur executioni non obstante appellatione.

**H**UJUS quaestiois resolutio altiore requirit indaginem, siquidem omnes, qui hanc rem tangunt, uno ore profitentur appellationem prohibitam censi ei, cui a jure circa aliquam causam, seu articulum audientia denegata est, appellationemque sublata esse tenent, & affirmant absolute, & absque distinctione Speculator tit. de appellat. §. in quibus, num. 22. vers. 32. secundo forte non valet in casibus, in quibus audientia denegatur, &c. Ill. in l. 1. §. sed is, cui, ff. de novi oper. nuntiatione, allegans Bald. in conclusionibus veris, in vers. & non appellatur, cui denegatur audientia, idem Bald. in additio. ad Spec. ubi supra. in prin. Barna. Brixii. in c. si quis deinceps, per text. & gl. ibi in verbo, audientia 16. q. ult. Buttrig. in c. significavit. in fin. de exceptionibus, Veroni conf. 64. col. 2. & remissive ad eum Egidius Bossius in tract. crim. tit. de appell. m. 18. Specula. tit. de appell. §. in quibus, sub n. 22. vers. 30. 2. lib. folio 186. Nicell. tract. de concord. gloss. concord. 6. fall. 62. n. 98. fol. 145. Caesar Contard. in l. unico, in notabili, sub n. 20. vers. ideoque, & n. 21. C. si de nom. poss. & post Felin. in d. c. significaverunt, n. 12. de exceptio. Pat. decisione 47. num. 4. part. 1. tenet Marquet in tractatu de commissio. p. 1. c. 10. n. 17. fol. 101. Philipp. Franch. in rubr. de appell. num. 25. Lancel. de attent. 2. p. lim. 50. c. 1. nu. 16. & iterum idem Lancel. 3. part. cap. 28. n. 78. & 79. Avend. de exequend. mand. jud. c. 6. n. 8. vers. in civilibus autem, & in vers. in criminalibus, & per Speculatorem, ita etiam dicit Rebuff. in commentariis, 3. tract. de appella. art. 7. g. 2. num. 36. Gratian. disceptati. forensi. tomo 2. c. 384. nu. 27. nec est audiendus Caesar Barzi. decis. Bononiens. decis.

- decis. 150. in ardua. sub n. 6. vers. nam id diluitur, contrarium tenens.
- 2 Et nec tunc dari attentatum, si iudex exequatur suam sententiam latam in causa, in qua jure denegatur audientia, tenet post Bart. Capola in cons. 64. col. 1. in fin. Manfre. l. 1. pract. conclus. super attent. concl. 188. Lancel. Robert. d. attent. 2. p. c. 12. d. limi. 50. n. 16. vers. similiter, & supradictam conclusionem firmat etiam Rebuff. tit. de appell. art. 8. gl. 1. nu. 36. & 37.
- 3 Quae doctrina in tantum vera dicitur: ut processus agitur per eum, cui a lege mortua vel viva, hoc est (jure vel iudice) denegatur audientia (quatenus favorem illius concerneret) sit ipso jure nullus, tenuit originaliter Jacob. Areti. quem referens sequitur Bald. in l. jubemus, §. sane, col. 2. in prin. vers. quaedam est poena iurisdictionis, C. de sacros. Ecclesiis, idem in l. edita, colum. penult. vers. item quando libellus, C. de edendo, & in l. 1. colum. fin. vers. queritur, C. de heredi. insti. & in leg. scire oportet, §. consequens, per illum text. ff. de excusat. tutor. idem in l. quos prohibet, ff. de postulando, quam doctrinam sequitur Joannes Andreas in additio. ad Speculat. tit. de sententia, §. juxta, vers. est excommunicatus.
- 4 Et est magis communis opinio relata per Immolam in l. 1. §. sublata, ibi Alex. (ubi multa cumulat, quia testatur de communi) ff. ad Trebellia. quam & idem iterum sequitur Alex. conf. 37. viso & opportune, &c. col. 1. & conf. 81. ponderatis, lib. 1. & Bald. in l. ita demum, vers. sed ponamus quod iudex dum vult, quod exceptio banni. (ubi denegata censetur audientia per Praetorem virtute banni) reddat iudicium retro nullum, Cod. de procurato. & tanquam communem sequutus est Decius consilio 275. in causa, qua Luca colum. 3. vers. sed per praedictis, l. 2. ubi de communi attestatur, & Felin. in c. 1. colum. 1. vers. amplia. 2. de re jud. Anchara. consilio 271. colum. fin. Cassiodorus decis. 5. n. 2. de re judic. & decis. 2. de prabendis, quem allegat Vantius in tractatu de nullis sententiarum, tit. de nullis sententia ex inhabilit. seu defectu mandati, n. 52. ubi usque ad n. 58. plura ad propositum adducit, & in ejus comprobationem & declarationem etiam, quod probatur, in l. sed & si per Praetorem, §. sed & si dum ibi: sed & si dum decreto Praetoris non obtemperat, jurisdictionem suam ei denegavit, non esse eum restituendum, Labeo scribit, idemque, & si ex alia iusta causa non fuerit ab eo auditus, &c. (ff. ex quibus causis majores, idem probat text. in l. 1. §. sed & si is cui, ff. de operis novi nuntia. textus in leg. 1. §. quod autem Praetor negat, ff. de alic. lusu, & alic. textus in l. scire oportet, §. consequens, ff. ne excusat. tutor.)
- 5 Et ultra supra citatos circa id, an & quando per statutum possit negari exceptio, seu defensio, vide Felin. latet in c. 2. de officio iudicis, in vers. sequitur etiam ex his, n. 1. fol. 223. & an statum denegans audientiam creditori, si non egerit infra decem annos, valeat, vide eundem Felin. in cap. venerabilis, de iudicis, versiculo hoc tamen ego limitarem, n. 18. & in repertorio ejus, verbo, statutum, colum. 12. ubi alii allegantur.
- 6 Praefatam tamen superius a nobis traditam conclusionem; ut iudex Ecclesiasticus vim nullam facere dicatur: si appellati non deferat ei, cui a jure, vel homine est denegata audientia: non ita genericè, & absolute velim intelligas. Siquidem quando a jure, vel ab homine denegatur audientia solum in agendo tantum; tunc nullo modo intelligendum esse, denegatam quoad appellationem, sed imò utique admittendam fore, probat text. in c. in nomine Domini, 23. dist. ubi excommunicato videtur denegari audientia, & tamen non dicitur sibi denegata appellatio: text. in c. praeterea, de appell. c. significaverunt, c. cum inter, de exceptionibus.
- 7 At verò, quando alicui denegatur audientia in agendo, excipiendo, & defendendo simul: tunc satis videri prohibitam appellationem, quam distinctionem n. 20. text. in d. c. in nomine Domini, juncto, d. c. significa-

verunt. & Immo ibi, assignavit Philipp. Franc. in rubric. de appell. col. 5. vers. sed in contrarium facit, &c. per Bart. in leg. peremptorias, C. sententiam rescind. non posse, col. 7. vers. quero, utrum exceptio, cum vers. sequenti, & in l. cum mulier. ff. soluto matri. & hanc declarationem elegantem vocat eam sequutus Franc. in rubr. de appell. n. 25. in fin. Scaccia per eum tr. de appell. q. 16. lim. 1. n. 31. Lancel. de attent. 2. p. c. 12. limi. 8. n. 3. & ipsemet Lancelot. Robert. eadem 2. p. c. 12. limi. 50. n. 18. & Hier. Gonzal. in reg. resen. gloss. 9. in annot. n. 118.

Sed certe isthaec distinctio attentari (imò & fortiter impugnari potest,) siquidem his iuribus, nempe c. in nomine Domini, &c. significaverunt, quibus Doctores citati moventur) facilis patet responsio, & satisfactio: cur ita; quoniam etiam si fateamur, excommunicato audientiam denegandam, ut d. c. in nomine Domini, & aliis, negandum tamen non est, ei appellationem esse prohibitam, imò etiam ea pendente absque metu attentari potest iudex procedere ad ejus denuntiationem, publicationem, & fructuum privationem, & alia, de quibus in cap. pastoralis, §. verum, de appella. & nos copiose diximus in c. 4. supra, hac 2. p. ubi iudicem huic appellati haud deferentem, nec vim facere, ubi ad propositum multa adduximus.

Nec obstat huic text. in c. praeterea, de appell. ubi appellatio emissa ab excommunicato, suspendit, & devolvit; quia respondeo loqui in excommunicatione sub conditione lata, quoniam tempore, quo appellatur, non est contumax, nec excommunicatus, nec etiam postmodum adveniente conditione: enim vero tempore habili appellatio emissa, & sic nec retrahitur ad extremum à quo, quia reperti ipsum suspensum, de quo supra nos in d. c. 4. hac 2. p. neque text. loquitur in casu, quo audientia denegatur: unde videtur dicendum etiam ei, cui tantum denegatur audientia, quoad agendum, non etiam quoad excipiendum, & deferendum, appellationem etiam denegatam censi.

Et augetur difficultas, nam licet dispositio audientiam denegaverit quoad agendum tantum, ut DD. praefati dicunt, nihilominus virtualiter excipere, & per consequens etiam defendere comprehendit, text. est in l. 1. & quae ibi not. gl. & DD. ff. de exception. ibi, agere etiam is videtur, qui exceptione utitur, nam reus in exceptione actor est; quapropter difficilis redditur Doctorum distinctio, & nec parum.

Sed nihilominus communem defende, & ab ea nullatenus recedas, ut scilicet dispositio negans audientiam quoad modum agendi tantum, non censetur prohibere appellationem, nec ei audientiam denegare, ex his, quae supra diximus, & Philipp. Franc. ubi supra, & iuribus mox citandis patebit clarè.

Nec obstat excommunicato audientiam denegatam esse quoad agendum tantum, & tamen appellationem pariter denegatam censi, d. cap. pastoralis, §. verum, de appell. cui uno verbo respondeo, ut in casu illius textus ideo appellatio subsequens non sortitur utrumque effectum, & suspensivum, & devolutivum simul non excipere denegatae audientiae, sed ex capite executionis, quam secum sententia trahit excommunicationis, ministerio juris velocissimi, quod hoc operatur: ut statim excommunicatus per eam ligetur, ac innodetur, ex d. c. pastoralis, verum, de app. ut in pluribus aliis sententiis hoc contingit, de quibus plenè per DD. in l. quod iussit, ff. de re jud. D. in c. cum cessante, de app. & huc nihil mirum est, ut iudex non obstante appellatione interposita, ab ipsa excommunicatione pure lata, possit devenire, atque procedere ad actus omnes consecutivos, & dependentes ab ea prout est, denuntiatio, seu publicatio, fructuum privatio, & similia, ut c. 14. supra, diximus, ac comprobavimus.

Quod secus in ratione juris contingit, quando non ab ipsa excommunicationis sententia appellatum est, sed ab aliis articulis negotii, seu aliis etiam articulis, in